

Negotiationes Gallicae

Responsum à Sigismundo I. Rege
 Colonia Datum Oratoribus Fran-
 cisci Regis Galliae. petentibus suffragium
 Regi suo de Electione ad Imperium
 Sacra Mttas Regia, Magni Dni Cratores,
 plurimas agit, et habet gratias. Christianissi-
 mo Dño Regi, de hac illius Mttis tam pro-
 pensa in se benivolentia, et affectu; q̄q̄ eius Mttam
 Srmam, adeò longinquam, à se existentem, digna-
 ta est per D. vras Oratores suos visere, et sa-
 lutare, cupitq̄ vicissim eius Mttas, ut illa itidem
 Mttas Srma, et longa, optimaq̄ valetudine, et
 felicissimis quibusq̄ successibus semper utatur.
 Reliqua vero, quae vra D. nomine illius Mttis
 retulerunt, Mttas sua Srma plene intellexit,
 et perpensis illis paulisper, in animo et consilio
 suo. D. vris alio tempore respondere dignabitur.

Responsum

Responsum a Sigismundo Rege Pol^e
Datum Oratoribus Regis Frantia

Legatio D. vrad haec in Srma continebat, Retule:
vunt imprimis, q³ dolenter et moleste tulerit Ser:
mus et Christianissimus Dñus Rex Gallia mor:
tem intempestivam Caesarea Mttis, et qualiter
ipse, cum vivente adhuc illius Mtte tum ma:
dine post obitum fuerit, per maiorem Elector³
partem, ad culmen Romani Imperij, postulatus,
quod illius Mttas, no³ precibus illorum deesse, et
frustra nomen Christianissimi habere, videre:
tur, detractare, et recusare noluit. Sciens autem
Sacram Mttam Regiam, Tutorem agere Srmi Do:
mini Regis Ludovici Nepotis sui amantissimi
cuius suffragium in pari Electorum dissensione
potissimum valet, postulat a Mtte sua, ut ubi
ad eam dissensionem Electorum res deveniret,
ipsa nomine Srmi Nepotis sui suffragium dare,
p illius Mtte Christianissima dignaretur offerens
vicissim illius Mttas p eo officio Mtti sua Srma
conditiones non contenendas, ad mutuam benevo:
lentiam et Coniunctionem suam, cum eius Mtte
pertinentes, et id genus. Quae omnia D. vrad sua
diserta, et eleganti oratione laicius explicavit. Ad
quae Mttas sua Srma committere mihi dignata
est sic D. vris respondere.

Non vulgari voluptate affecta est Sacra Mttas Re:
gia Mgi Dñni Oratores, q³ Chriamimus et Ex:
cellentissimus Dñus Rex Gallia, appulerit su:
um animum ad coniunctionem, et benevolen:
tiam mutuã cu Mtte sua Srma ineunda, q³ q³
illius Mttas dignata sit in his negotijs suis, quibus
operam eius Mttis sibi conducere posse intelligit,
libere,

libere et confidenter huc ad eam vras D. mitte:
re ac honorem hunc eius Mtti Srmo impartiri,
pro quo agit, et habet illius Mtti gratias
immortales, Equidem non fallitur, ipse Chri-
stianissimus Dnus Rex Gallie, in ea existima-
tione, et fide, qua de eius Mtte Srma conce-
pit, Hac em cognita habens, cum virtutem
et magnitudinem animi, tum res fortiter ge-
stas eiusdem Christianissimi Dni Regis Gallie ni-
hil gratius habere posset, q se illius Mtti caru
et coniunctum reddere, Sed et Reipublice Chri-
stiane, non parvam, ex suo cum illius Mtte amo-
re et benevolentia, utilitatem futura putat ha-
bita illius Mtte, tam potenti, et magnanimo
Principe Socia, et Adiutrice, ad hostes Catho-
licae fidei reprimendos, Quorum impetum Mttas
sua Srma suis cervicibus semper sustinet,
Quod autem ad Imperij Sedem attinet, hanc qui-
dem eius Mttas, cum sua, tum rei Christianae
causa, vehementer dolet in praesens vacare.
Amisit em eius Mttas, amicū, et fratrem aman-
tissimum, et cuius in se plurima, et honestis-
sima experta est officia, amisit et Respublica
Christiana summum suum Columnen, et ut verissi-
me D. vre dixerunt, sydus praclarissimum, Co-
sarem illum Maximilianum incomparabilem,
cum quo, et illius Srnis Nepotibus, quanta affini-
tas sibi et Srno Dno Nepoti suo intercessit,
Christianissimus Dnus Rex Gallie non ignorat. Non
ignorat etiam illius Mttas, qua opera, et quod
Testimonium universo fere orbi Mttas sua pro-
Srno Dno Rege Catholico ad eandem Sedem
Imperij sufficiens praebuerit in Conventu Augu-
stensi, ut pote cui pro debito necessitudinis, et a-
more defuncto Caesareo Mttis non secus, q filio

Aprilio

proprio optimos quosq; successus, ex animo fa-
vet, nihil tum etiam de voluntate Christianis-
simi Divini Regis in ea re compertum habens.
Et proinde aliter nunc sentire et velle quaedam
nota inconstantia et oblivionis officij debiti vi-
deretur, quae ab uno quoq; Principe longe aliena
esse debet. Verum enim vero Mttas sua Srma
ut contigua nr̄a fidei hostibus, sciens quo in
discrimine Res Chriana sit constituta, et quanta,
q̄q; p̄nti ope indigeat, neq; videns qui alter ad
laborem hunc subeundum, magis idoneus, et incom-
modatus sit, christianissimo Divino Rege Gallie,
qui opibus gentibus, Etate, animo, et fortuna, plu-
rimum pollet, totus vero rei bene gerenda effectus, a
Cesare imprimis dependet, libenter et ex integro
affectu videret, ut idem Christianissimus Dnus
Rex Gallie, ad eam ipsam Imperij Sedem prove-
heretur, sed polliceri nunc illius Mtti hanc opera,
quam postulat, non est, ullo modo Mtti suo in-
tegrum, et licitum, ut videlicet inconsultis Consi-
liarijs Regni Hungariae et Bohemiae, mutare
priorem declarationem deberet, cum res eorum
Regis agatur, et sine quibus idem Rex etiam
in legitima Etate constitutus, nihil ageret.

Tamen ubi eadem erit voluntas, et affectus Consi-
liarijs Regni praesertim Bohemiae, ac etiam
Electoibus Imperij, quam habet Mttas sua erga
communem bonum, et Christianissimum Dnum
Regem Gallie, ut in illum votis suis consenti-
rent, Mttas sua libenti et alacri animo, sua
quacumq; opera poteri illi non deerit, quin etia
ubi ad eius Mttam, vota et Sententia aliqua
inclinarent, vellet liberaliter id totum in illa Mttam
Christianissimam transferre.

Quae

73

Quae vero M^{tes} sua Chri^{an}issima dignata est
eius M^{tti} significare, et offerre de Matrimonij
et fœderibus pro mutua inter se affinitate et Con-
iunctione, gratissimo animo M^{tas} sua S^{er}ma ample-
ditur, et cum ea res sit in arbitrio et potestate
solius M^{ttis} suae, neq^{ue} in hoc sit ad consilia, et con-
sensus aliquos aliorum astricta, consentit, et offert
se ad omnia eiusmodi vota S^{er}mi et Chri^{an}imi
Dⁿⁱ Regis Galliae, ut quas cuperet, et dignas
Regio sanguine putaret in Regno suo affinita-
tes, illius M^{tti} conciliaret, vel si placuerit D. v^{rae}
iam hic ea in re cum M^{tte} sua tractare, et ini-
tia aliqua facere, et id libenter, videbit. Cuperet
c^{um} M^{tas} sua S^{er}ma per omnem occasionem se c^{um}
illius M^{tte} Chri^{an}issima coniungi, et ei in omni-
rebus placere, et gratificari.

Habet etiam singulariter v^{ris} D. M^{tas} sua Re-
gia gratias non vulgares de honore hoc et lau-
dibus M^{tti} suae S^{er}mae per eas ornatè, simul
et graviter attributis. Et licet M^{tas} sua id totu^m
q^{uod} sit, quod de illa dici possit D^{no} Deo refert
acceptum, qui humanos actus pro arbitrio sub di-
rigit: tamen inde affectum in se D. v^{rar} metitur,
illumq^{ue} gratissimum habet.

1519 in Januari.

Sigismundus I. Rex Polonia
Francisco Regi Gallie

Sime ac Excellentissime Princeps et Digne
amice, frater et Consanguineus noster charissime,
ac honorandus. Venerunt ad nos Oratores v^{re} M^{ttis},
Mag^{tu} Joannes de Langhak M^{gr} Ordinarius
Requestarum hospicij eiusdem M^{ttis} v^{re}, et An:
thonius de Lameth Miles D^{nu}s Duplessis
Ba^llinus Montium in Burgundia; qui nobis com:
missa v^{re} M^{ttis} quo desiderij ipsius sunt, et
non ad vulgarem, inter nos benevolentiam, et
coniunctionem pertinent diligenter simul, et
cordatē retulerunt, ac respondimus nos quidem
illis iam, ita, ut propensio n^{ra} erga v^{ram} M^{ttem},
ac possibilitas item n^{ra} postulavit. Tamen, qua
res etiam num longiorem ipsorum moram, requi:
rere videbatur, retinuimus illos adhuc paulisper
apud nos, et q^u primū nobis integrum fuerit,
illis ad plenum ita, ut est desiderij n^{ri} re:
spondere, mox, illos ad M^{ttem} v^{ram} remitte:
re curabimus. Cuius fraterno, et individuo a:
mori nos, et n^{ram} ex corde commendamus. Cupi:
en^{im} ut sit, diutissime felix, sospes, et incolumis.

Andreas